Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



legem nonhabent naturaliter quae
legis sunt faciunt & colere quae iam
supra commemorauimus Proinde nonuide
tur alios hic significasse sub nomine
gentium quam eos quos nomine greci.
supra significabat cum dicer & iudeo
primum & greco. porro si euangelium
uirtus dei. est. in salutem omni credenti
iudeo primum & greco & ira & indigna
tio. & tribulatio & angustiae. in om
nem animam hominis operantis malum
iudei primum & greci. gloria autem
& honor & pax omni operanti bonum
iudeo primum & greco. Iste autem
grecus nomine gentium significatus
est. naturaliter quae legis sunt facien
tium & quae scriptum habent opus
legis in cordibus suis. Profecto ad euan
gelium pertinent gentes quibus lex in
cordibus scripta est. Eis quippe creden
tibus uirtus dei est in salutem quibus ad
gentibus bene operantibus gloriam